

LIBER QUARTUS

PhE·04.01

WITNESSES: **T** f. 50^v; **A** f. 22^r; **S** f. 41^v; **E** f. 53^r; **M** f. 28^r.

SYNOPSIS: 11 July 1440. Filelfo writes to Rinaldo degli Albizzi [©411|^{1/3}], informing him that Filippo Maria Visconti will send troops to help the exiled Florentine aristocrats recapture their home town.

NOTES: This letter is dated after the following letters, PhE·04.02 and 04.03.

Franciscus Philelfus Rainaldo Albizio, equiti aurato, salutem plurimam dicit.

Quo nihil tibi ac caeteris optimatibus Florentinis neque optatius poterat in hac temporum calamitate neque melius contingere, Rainalde Albizi: mittit hic humanissimus princeps meus, Philippus Maria, vobis auxilio in Ethruriam ad recuperandam patriam inclytum et invictum imperatorem Nicolaum Perusinum, cognomento “Picininum”, cum exercitu firmissimo ac rebus omnibus ornatissimo. Id autem mea potissimum opera atque diligentia effectum esse, non te latet. Nunc vero tui est officii id curare, ut nihil temere factum possit a quoquam existimari. Hoc autem una re facillime consequaris, si studueris ut qui tecum futuri sunt (nam de te uno, ut es animo ingenti et moderato, nihil verendum suspicor), nihil agant aut superbe aut iracunde, quin potius ab omni iniuria, ab omni maleficio se contineant. Et quam scio te prudenter omnia curaturum, quid tamen ipse sentiam, exponam paucis.

Quoniam praecipuus corporis vigor positus est in capite, ab ipso primum capite initium est sumendum. Hoc enim percusso penitus, membrorum quae reliqua sunt, nullus est futurus labor. Nam excisa radice, continuo corrui tota arbor. Suspicio enim aliquos fore qui, privatae rei potius quam publicae rationem habentes, velint alii ab alio vel oppido vel municipio rem aggredi; ab quibus ego vaeheementer dissentio. Recuperata enim Florentia, omnia quae reipublicae Florentinae parent sine ulla vi, sine ullo omnino labore quamprimum redibunt ad sanitatem. Quod si secus initium fiat, permulta interea temporis possint accidere quae rem vestram omnem consiliaque perturbent. Itaque omnium primum prope ipsa urbis moenia ducendas copias arbitror, quo et amici atque boni cives animum resumant, et inimici ac perditissimi hostes patriae, inopinato metu percussi, audaciam omnem consiliumque amittant.

Quod si feceritis, permagna undique auxilia continuo ad vos confluent. Quis enim ambigat et Bononienses et Lucenses ex hac parte, ex altera vero tum Senenses, tum etiam Perusinos vobis auxilio fore? His enim omnibus factio Cosmiana maximo est odio. Vos autem cum virtute gratiaque vestra, tum auctoritate et gratia huius

PhE·04.01: 2 Quo] quod **A** 3 Albizi] Albici **T** 5 Perusinum cognomento *om.* **M** 6 rebus omnibus] omnibus rebus **M** 9 consequaris] consequeris **M** 10 nihil²] nil **M** 17 ego vaeheementer] vaeheementer ego **M** 22 atque] et **M** 25 tum] tam **M**

praestantissimi principis incredibili benivolentia prosequuntur. Nulla secordia
 utendum est, nulla negligentia. Eo enim est ventum, ut hoc tempore de summa
 30 rerum decertandum sit. Omnia sunt secunda vobis et inimicis adversa. Nisi vobis
 vos defueritis, actum est de omnibus illis impiis patriae parricidis. Sentite, quaeso,
 vobiscum omnes. Tollatur e medio omnis animorum offensio, siqua in ullis exulibus
 inter sese privatim est reliqua. Communis vobis omnibus Cosmus est hostis et idem
 patriae non secus ac vobis infestus et inimicus. Si hunc e medio sustuleritis, et
 35 vosmet ipsos et universam patriam iugo teterrimo liberabitis.

Vale. Ex Mediolano, v Idus Iulias anno a Christi natali die MCCCCXL.

PhE·04.02

WITNESSES: **T** f. 51^r; **A** f. 22^r; **S** f. 42^r; **E** f. 53^r; **M** f. 29^r; **St** f. 1^r-14^v.

SYNOPSIS: 16 June 1440. Filelfo writes to the Senate and people of Florence [©448]^{1/2}], arguing that he has always admired Florence and cherishes the memory of the honours bestowed on him. He condemns discord and encourages the Florentines to readmit the exiled aristocrats and to reconcile with Filippo Maria Visconti.

NOTES: An independent manuscript in the Biblioteca Medicea Laurenziana, ms. Strozzii 105 (**St**), which also contains PhE·04.03, is probably an apograph of the original letters, which were heavily edited afterwards by Filelfo; some variants displayed by **St** illustrate the status of **M** as the most primitive among the main witnesses.

Franciscus Philelfus salutem dicit plurimam senatui et populo Florentino.

Etsi vereor, viri Florentini, aliquos fore qui, perturbatione quapiam potius impo-
 tentiaque animi quam ulla ratione ducti, cum primum Philelfi nomen manumve
 inspexerint, hasce litteras legendas dissuadeant malintque suae ipsorum cupiditati
 5 quam Florentinae reipublicae vel quieti vel commodis inservire, nolui tamen quae
 vobis vestraeque inclytae civitati maiorem in modum conductura existimassem
 praeterire silentio. Atqui multo secus ii certe sentirent, si non tam sibi quam patriae
 se natos vellent, quanquam ne sibi quidem nati sunt, cum patriae caritati non consu-
 lunt. Nam si vobiscum vos egregiam illam et singularem meam erga vestram
 10 rempublicam pietatem atque observantiam repetere diligenter et quamverissime
 iudicare institueritis, plane invenietis eum esse Franciscum Philelfum, qui de illustri
 civitate vestra sit quamoptime meritus.

Quod si praesens omni opera, omni industria, omni denique mente cogitatione-
 que studebam non privata modo, sed etiam publica fide ac benivolentia id moliri, id
 15 agere, id praestare, ut omnes perspicue intelligerent me unum ex omnibus in primis

29 ventum] utendum **Ā** PhE·04.02: 1 Francisci Philelphi exhortatio ad Florentinos de revocandis in urbem optimatibus exulibus. Ac etiam de redeundo in gratiam illustrissimo Mediolanensium principe **St** | plurimam *om.* **M** 2 viri Florentini] magnifici domini **St** 3 quam] qua **A** 5 inservire] consulere **St** 10 pietatem atque observantiam] observantiam atque pietatem **Ā** 11 Franciscum *om.* **M St**

LIBER QUINTUS

PhE·05.01

WITNESSES: T f. 65^v; A f. 30^r; S f. 57^v; E f. 75^r; F f. 98^r; ®.

SYNOPSIS: 5 April 1441. Filelfo writes to Catone Sacco [©104^{|10/17}], answering the latter's questions about why Jews smell, why people have more appetite during the fall, why swans sing nicer when they are about to die, and how one can avoid becoming drunk during a banquet.

Franciscus Philelfus Catoni Sacco, iurisconsulto et oratori, salutem plurimam dicit.

Video te esse admodum otiosum, utpote qui a legum ac iuris civilis studio tantisper venia exorata, donec constitutae vacationes praeterierint, te oblectandi gratia, ut es homo voluptarius, iis quaestionibus obtuleris, quae et iucundae sunt et
5 homine urbano minime indignae. At ego nequaquam respondebo tibi ut Aristoteles aut Plato, sed ut Philelfus. Siquid vero acutius volueris, tuam istam Academiam consules. Sequar autem ordinem propositarum a te quaestionum.

Et primum tu quidem petis quid causae esse putem, quod Hebraei omnes natura foetent. Utrum Hebraei omnes (ut tu ais) foeteant an id minus, nihil compertum
10 habeo. Sed quid in causa esse queat, ut non nulli malum odorem et plaerique bonum de se praebeant, potest utrunque in aliis natura, in aliis more accidere. Nam qui cybo sunt aut potu inferiores, ii male concoquant necesse est. Ex concoctione autem mala aut morbi manant alii atque alii, aut per sudorem ea resolvitur. At istiusmodi sudor, quem foetulenta emiseric concoctio, necessario odorem habet concoctioni simillimum.
15 Ex illiusmodi autem humore, sive is intrinsecus per cutem emerit, seu in superficie sit membrorum, tristis sane odor exhalatur. Nec in Hebraeis id offensionis magis accidit quam in omnibus qui vivunt incontinenter, sive cybi ac potus incontinentiam, sive etiam aliter. Sed fortasse eo magis in Hebraeorum genere id usu venit, quod plaerique omnes mensarii sunt foeneratoriam exercentes et ita nullis exercitati
20 laboribus. Quo fit ut nimio otio quieteque marcescentes tetrum de se odorem emittant sit necesse. Contra autem qui sobrie temperanterque vitam agunt seque Persarum more assidue exercent aut equitando aut ambulando aut aliter ingenue, hi certe non modo non male olent, sed bene potius.

At sunt sane qui natura delectant odore suo, ut de Alexandro, Macedonum rege,
25 legitur; cuius etiam vestimenta, quae eius corpus contigissent, gratum odorem exhalarent. Id vero ob aliam nullam fiebat rationem quam ob maximum calorem corporalis illius temperamenti. Quare non est mirandum, si quandoque Alexander in iram adeo exardesceret, ut eos etiam, quos habebat carissimos, interimeret. Quod

LIBER SEPTIMUS

PhE-07.01

WITNESSES: **T** f. 88^r; **A** f. 44^v; **S** f. 87^v; **E** f. 116^r; **F** f. 118^r; **Af** f. 23^r-27^v; **Bi** f. 139^r-140^v.

SYNOPSIS: 13 August 1449. Filelfo writes to the Senate and people of Florence [©448]^{2/2}, recalling the pleasant times he spent in Florence and advising them on how to handle the political situation in Italy following the demise of Filippo Maria Visconti. Filelfo encourages the Florentines to show themselves friendly to both Milan and Francesco Sforza. Peace will be advantageous for business, in particular for the mercantile city of Florence, and foster religious tourism, especially now the Jubilee is approaching.

NOTES: A manuscript from the Biblioteca Ambrosiana in Milan, ms. F 55 sup. (**Af**), and its incomplete twin from the Staatsbibliothek in Berlin, ms. Lat. oct. 431 (**Bi**), appear to descend from Filelfo's original letter.

Franciscus Philelfus senatui et populo Florentino salutem plurimam dicit.

Cum inclytae vestrae et excellentissimae reipublicae, principes Florentini, egregiam illam atque singularem beneficentiam qua, cum istic aderam, a vobis pulcherrime sum ornatus, non minus suavi quam assidua recordatione mecum
5 repeto, nihil est quod malle me debere intelligam quam et omnibus in rebus et apud omnes mortales id pro virili parte praestare, ut gratitudinem animi mei certo aliquo argumento recognoscatis. Quare cum alias semper, tum maxime hoc tempore quid pro vestri nominis amplitudine summoque splendore mihi studendum censuerim, ubi brevi oratione ostendero, facile iudicabitis beneficiorum in me vestrorum
10 memoriam nulla neque temporum longitudine nec fortunae varietate apud animum meum interisse. Quibus enim in rebus cumulatoris sim vobis gratias relaturus quam si, ad splendidissimum laudis munus dum vos, ad decus et gloriam natos, cohortari perrexero, praecipuam in me quandam si non prudentiam, fidem tamen et pietatem intueamini?

15 Memini quibus sex annis pulcherrime apud vos vitam agerem, nullius rei magis populum Florentinum quam dignitatis rationem habere solitum. Quare cum vel de pace vel de bello ageretur, tum consilia omnia, tum decreta ad dignitatem semper referebantur. Qui profecto bene moratae reipublicae mos iure mihi laudandus videri debet. Nihil enim nec utile in vita nec iucundum censendum est, quod honestate
20 vacet. Omnia quae aut corporis aut fortunae ducuntur commoda, et fragilia sunt

PhE-07.01: 1 Francisci Philelfi adhortatio ad Florentinos de reconcilianda gratia Mediolanensibus et comiti Francisco Sfortie vicecomiti **Af** Francisci Philerfi (*sic*) adhortatio ad Florentinos de reconcilianda gratia Mediolanensibus et comiti Francisco Sfortie feliciter **Bi** 3 atque] at **Ā** | a vobis *om.* **Af Bi** 5 malle] male **Bi** 10 nulla...varietate] ante beneficiorum **Af om.** **Bi** 11 cumulatoris **T** cumulatores **Ā cet.** 12 ad ... natos *om.* **Af Bi** 15 vitam **T om.** **Ā cet.** 17 ageretur] tractaretur **Af Bi** 19 nec²] neque **Af Bi**

PhE-08.24

WITNESSES: **T** f. 104^v; **A** f. 55^r; **S** f. 110^r; **E** f. 146^r; **F** f. 145^v; **C** f. 13^r; **M** f. 89^r; **To** f. 223^r-242^v; **Ot** f. 1^r-25^v; **Cs** f. 1^r-39^v; **Aq** f. 20^r-36^r; **Bl** f. 65^v-79^v; **Br** f. 98^r-102^v; **Sc** f. 1^r-6^v; **Uv** f. 2^r-28^v; **Va** f. 99^r-114^v; **VI** f. 1^r-15^v.

SYNOPSIS: 14 February 1451. Filelfo writes to King Charles VII of France [©293|^{1/1}], urging him to embark on a crusade against the Turks.

NOTES: A manuscript from Turin, Biblioteca Reale, ms. Varia 260 (**To**), containing Filelfo's *Satyrae* and copied by a trusted scribe of Filelfo's, also has this letter as well as others calling for a crusade against the Turks: PhE-17.34 and 19.13, along with the oration for Pius II that Filelfo later attached to PhE-43.05. This first long crusade letter also has a prolific transmission of its own. The Biblioteca Apostolica Vaticana's ms. Urb. lat. 923 (**Uv**) belongs to the editorial stage of **S** and **A**, and might depend on one of the early editions. In ms. Ott. lat. 1828 (**Ot**), the letter is followed by one of Filelfo's *Carmina* (*Od.* III.1), dedicated to the same king Charles, with which it constitutes a separate codicological unit; **Ot**'s readings are relatively sound and the witness's primitive nature is confirmed by Florence, Biblioteca Medicea Laurenziana, ms. Conv. Soppr. 383 (**Cs**), a small codex containing only this letter. Other witnesses (most of which appear to descend from the first redaction as well, that is, the one prior to the revision displayed by **M** and the subsequent main witnesses) are often more corrupt and have been excluded from the apparatus: Berlin, Staatsbibliothek, ms. Lat. qu. 402 (**Bl**); Milan, Biblioteca Ambrosiana, ms. S 21 sup. (**Aq**); Biblioteca Braidense, A.E.XII.10 (**Br**); Schlägl, Prämonstratenser-Stiftsbibliothek, ms. 117 (**Sc**), unseen; Rome, Biblioteca Vallicelliana, ms. C 44/2 (**Va**), which also has the following letter (PhE-09.01); and Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. lat. 11537 (**VI**).

Franciscus Philelfus Karolo, regi Francorum, salutem plurimam dicit.

Cum tuas ego res bellicas diu mecum, rex Karole, multumque cogitavi, unus profecto visus es, quem universa Christiana respublica, tantis ac tam diuturnis fluctibus agitata, concupitae exoptataeque quietis atque tranquillitatis auctorem sit
 5 tandem aliquando habitura. Nam si verum sine cuiusquam invidia fateri licet: posteaquam impia et immanis illa sceleratissimi Mahometi secta invaluit, nullum est usquam hominum genus cui plus debeat Christiana religio quam invictae Francorum nobilissimaeque virtuti. Cum reliqui enim fere omnes et reges et populi Christiani ignavo quodam animi torpore tanquam elanguissent, soli Franci inventi
 10 sunt, qui ingenti animo et excelso omnem barbarorum et infidelium impetum non modo sustinuerint, sed represserint – quid inquam represserint? Imo fuderint, fugarint, oppresserint. Nam Italiae vires quanquam et validae sunt et maximae, tamen, quia nescio quo infelici fato intestinis seditionibus inimiciisque laborare didicere, neque potuerunt omnino nec item possunt ostendere quantum vi prudentiae
 15 et animi robore vigent, florent atque antecellunt. Soli Franci, soli Francorum princi-

PhE-08.24: 5 tandem *om.* **Cs** | aliquando **T** *om.* **Ā cet.** | invidia] iniuria **C** 6 sceleratissimi] sceleratissima **Ā C** 11 quid inquam represserint *om.* **C**

PhE·12.02

WITNESSES: **T** f. 147^r; **A** f. 83^v; **S** f. 167^r; **E** f. 231^v; **F** f. 213^r.

SYNOPSIS: 10 March 1454. Filelfo writes to his son Senofonte [©440|^{12/54}], giving him travel advice.

Franciscus Philelfus Xenophonti filio salutem.

Legi litteras tuas quas ex Bononia dedisti ad me. Quod te tam diligentem itineri praestiteris, non improbo. Moneo tamen consyderes non modo quid ipse possis, sed quid etiam equus, ne nimia festinatio festinationem tollat. Venerunt heri Mediolanum
5 ex urbe Roma nobiles viri tres Constantinopolitani, et hi quidem Diplouatazae, qui mihi verbis praestantissimi nostri Gazae salutem dicerent. Miratus autem sum quod his ad me Gazes litteras nullas dederit. Tu quae tibi mandavimus, diligenter cura.

Vale. Ex Mediolano, VI Idus Martias MCCCCLIII.

PhE·12.03

WITNESSES: **T** f. 147^r; **A** f. 83^v; **S** f. 167^r; **E** f. 232^r; **F** f. 213^v.

SYNOPSIS: 11 March 1454. Filelfo writes to the theologians Gioacchino Torriani [©237|^{1/2}] and Ambrogio Massari [©017|^{1/1}], advising them to preach against the Muslims instead of the Jews, and to be more conciliatory towards the Byzantines, considering them fellow-Christians rather than heretics.

Franciscus Philelfus Ioachimo Ambrosioque, theologis, salutem.

Erunt fortasse qui mirentur quid ego vos veniam in summis vestris laboribus ad ea hortaturus, quae nondum a quoquam vel temptata sunt vel scripta, ut, quoniam satis superque omnis Iudaeorum de Christo Ihesu pertinacia obdurataque insania
5 inexpugnabilibus tam multis, illisque verissimis, et argumentis et rationibus, quas viri poene innumerabiles ingenio, doctrina, sanctimonia excellentes in medium attulerunt, prostrata iampridem atque convicta iacet, incipiatis iantandem, cum docetis in populum, convertere orationis gladios in sceleratum illum et impium Mahometum, quem figura et immanitate truculentissimae bestiae Iohannis *Apo-*
10 *calypsis* nobis denunciavit.

Nonne videtis, patres sapientissimi, iam universum prope terrarum orbem parere per omnem intemperantiam nefarii illius abominabilisque latronis spurcissimis satellitibus? Nonne Africa tota servit Mahometistis? Non idem patitur Asia? Nam orientalis Aethiopia quantula est ad Asiam universam? At Europa, quam ab Asia
15 dividit Tanais, permulta iam regna cum Scythis et Turcis, tum etiam Afris subiecta intuetur. Eoque adducta est calamitatis, ut de Italia sibi nunc metuendum sentiat.

PhE·12.02: 4 heri **T** nudius secundus **Ā** **F** PhE·12.03: 1 Ioachimo] Ioachino **F** 4 pertinacia **T** pervicacia **Ā** **F** | insania] insonia **Ā** 9 Apocalypsis **A** Apocolipsis **T S F**

Mirentur ergo imprudentes, ut libet. Ego enim ita sentio: longe maiorem vos fructum splendidioremque gloriam ex his pugnantibus atque infestis Mahometistis reportaturos quam ex Iudaeis, non modo non repugnantibus, sed late iandiu fuis
20 humique iacentibus.

Quod secundo loco vos hortor, id totum est de Graecis. Satis hi magnas dederunt poenas, siquid errarunt, quod patrio solo exterminati sunt, quod parentes, filios, uxores, bona omnia amiserunt, quod mendicant, quod serviunt. Verum et homines certe sunt et Christiani. “At scismatici, at haeretici!” Haeretica Constantinopolitana
25 ecclesia nunquam fuit aetate nostra; scismatica fortassis aliquando. Non tamen scissa ea a Turcis capta est, sed publice coniuncta cum Romana ecclesia. Nam alieni cordis arcana temere iudicare peccatum est. Nec item minus persaepe Deus bonos quam malos affligere consuevit. Non ob peccata, quae ipsi perpetrassent, tantas acerbitates passi sunt martyres, passi apostoli, passus Christus optimus maximus.
30 Praeterea sanus pastor relinquit universum gregem in solitudine, ut requirat amissam ovem. An minus advertitis neminem in hac urbe uti caritatis munere in hos Graecos, qui optimo nati genere mendicant stipem, ut se ac suos a Turcis redimant? Haec certe inhumanitas magna est; cuius ne vos sitis in causa, ipsi providete. Quin hortemini, per Deum immortalem, populum universum ut et afflictis et Christianis beneficiant,
35 ne indignetur Christus Ihesus eos contemni, qui suo nomine opem quaerunt.

Valete, patres optimi. Mediolani, ex aedibus nostris, v Idus Martias MCCCCLIII.

PhE·12.04 (Φ·032)

WITNESSES: **T** f. 147^v; **G** f. 2^r.

MODERN EDITIONS: Klette 120; Legrand 63; Leccese 98.

SYNOPSIS: 11 March 1454. Filelfo writes to Mehmed II the Conquerer (Muhammad bin Murad) [©332]^[1], praising his success and begging him to buy free Filelfo’s mother-in-law and two of her daughters, who are now living as slaves. He also recommends Francesco Sforza to the emir.

Φραγκίσκος ὁ Φιλέλφος τῷ τῶν Τούρκων μεγάλῳ αὐθέντῃ τὲ καὶ ἀμυρᾷ, τῷ τοῦ μεγάλου Ἀμοράτου υἱῷ Μαομέτῳ, εὖ πράττειν.

Ἀκούσας ἐγὼ καθ’ ἡμέραν μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον πολλὰ περὶ τῆς σῆς ἀρετῆς καὶ θαυμαστὰ κατορθώματα, ἔπαθον ἀκριβῶς ὅπερ εἰώθασι φύσει οἱ ποθοῦντες τὰ
5 ἀγαθὰ. Ἐγενόμην γὰρ ἐραστῆς τῆς σῆς εὐτυχίας ἣν παρέχει σοι ὁ Θεὸς διὰ τὴν σὴν ἐσθλότητα. Οὗτος μὲν γὰρ αἰεὶ βοηθεῖ τοῖς ἀρίστοις· τοὺς δὲ πονηροὺς ἐν καιρῷ κεκολακῶς τυγχάνει. Καὶ γὰρ ὦν αὐτὸς ἐν ἐκείνων ἀριθμῷ, οἱ τοὺς κατὰ φύσιν θνητοὺς ἐκποιοῦσι διὰ τὰς καλὰς πράξεις ἀθανάτους τῇ δόξῃ ἣν πορίζει ὁ λόγος, οὐ

PhE·12.03: 30 Lc. 15.4

36 ex aedibus nostris *om.* **F** PhE·12.04: 3 ἔτι καὶ μᾶλλον *om.* **T**

σμικρὰν ὕλην ἐδόκουν κτήσασθαι πρὸς τῆς καλλιπεείας τὸ ἔργον. Διὸ ἠρξάμην περὶ
 10 σοῦ γράφειν ἀσμένως ἀσπασάμενος τὴν εὐδαιμονίαν τὴν σὴν· μόνος γὰρ εὐδαιμών,
 ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, ὁ πᾶν αἰσχρὸν πεφευγώς, τῷ καλῷ ἀκολουθήσας διὰ παντός. Οὐδὲ
 ἥλιπζον ἔγωγε, ταῦτα ποιῶν, μισθὸν τινα τῆς σπουδῆς, ἄλλῃ ἔχων τὸ τηρῆσαι τάλη-
 θες ἐν τῷ λόγῳ. Ἄλλ' οὐδὲν ἀγαθὸν τὸ θεῖον βούλεται ἄμοιρον γενέσθαι μισθοῦ,
 15 πολλὰς εἰς τοῦτον ὁδοὺς παρασχών· ὅπερ καὶ πάλαι μὲν πολλάκις ἐν ἄλλοις
 πολλοῖς, νῦν δὲ ἐν ἑμαυτῷ ἑωρακῶς εἶμι.

Ἡ γὰρ ἁμαρτία Ῥωμαίων παρέδωκε τῇ σῇ καλοκαγαθία τὴν Κωνσταντινόπολιν,
 εἰς παιδευσιν (οἶμαι) τῶν ἀδικούντων· ἀλλὰ καὶ οἱ δίκαιοι ἔστιν ὅτε σὺν τοῖς ἀδίκοις
 δικαιούνται θεῖα τινὶ ἐπιφρονήσει. Ἡ γὰρ ἐμῇ πενθερᾷ Μανφρεδίνα Χρυσολωρίνα,
 γυνὴ σόφρων καὶ ἀγία, μετὰ καὶ δύο θυγατέρων ἀρίστων, οὐδὲ εἰς τὸν Θεὸν ἤμαρ-
 20 τεν (ὡς λόγον εἰπεῖν), οὐδὲ εἰς τὴν σὴν ἐνδοξότητα. Ὅμως καὶ αὕτη εὐγενεστάτη
 οὐσα δουλεύει. Καὶ τίσιν; Ἑβραίοις, τοῖς αἰεὶ δούλοις, τοῖς φιλαργύροις, τοῖς μικρο-
 ψύχοις, τοῖς τῶν θνητῶν ἀπάντων μοχθηροῖς καὶ οὐδενὸς ἀξίοις.

Ἔρχομαι τοίνυν, ὦ μέγιστε ἀμυρᾶ, ὃν ἕνα πέμπει Θεὸς τοῖς μὴ εὖ πάσχουσιν
 εὐεργέτην, τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν ἀξιῶν. Τὴν ἐμὴν αἰτῶ πενθερὰν καὶ τὰς αὐτῆς
 25 θυγατέρας, τὰ λύτρα ὑπὲρ αὐτῶν ἀποδώσω, οὐχ ὅσα ἢ τῶν βαρβάρων Ἑβραίων
 ἀπληστία ἐπιζητεῖ, ἀλλ' ὅσα τὸ πρόπον καὶ τὸ ἐμοὶ δυνατόν. Περὶ δὲ τούτου ὁ σοὺς
 γραμματεὺς Κυρίζις κατὰ μέρος ἀνοίσει παρών. Πρὸς τούτοις βούλομαι σὲ μὴ
 λαθεῖν τὸν πρῶτον ἐν τοῖς Λατίνοις τὰ στρατηγικὰ καὶ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις εὐτυχίαν
 ὑπάρχειν Μεδιολάνου τὸν ἡγεμόνα, τοῦνομα Φραγκίσκον Σφορτίαν, ἀνδρειότατον
 30 αὐθέντην καὶ τὰ πάντα θαυμάσιον. Οὗτος δὲ τῆς σῆς ἀποδοχῆς ὑπερβαλλόντως
 ἐπιθυμεῖ, τῶν Ἑνετῶν ἐχθρὸς ὢν καὶ σοὶ φίλος ἐν πρώτοις.

Ἐρῶσο, θεῖα κεφαλῇ, καὶ τὴν μεγαλοπρέπειαν ἄσκει· αὕτη γὰρ ἢ τιμιωτάτη καὶ
 πρώτη ἀρετὴ τῶν κρατούντων. Μεδιολάνοθεν, τῇ εἰ' πρὸ Μαρτίου Εἰδῶν ἔτει ἀπὸ
 Χριστοῦ γεννήσεως ,α^Ϡν^Ϡν^Ϡδ^Ϡ'.

TRANSLATION:

Francesco Filelfo greets the great ruler and Emir of the Turks, Mehmed, son of the great Murad.

Hearing, day after day, more and more about your virtue and your wonderful achievements, I really felt as those who desire the good usually do. I have become an admirer of the success that God provides you with for your goodness. Indeed, he always comes to the aid of the best and punishes the wicked at the appropriate time. In fact, since I am one of those who, with the fame that is the product of eloquence, make men who are mortal by nature immortal for their good deeds, I seemed to find in you no small matter for exercising my best style. Therefore, I began to write with pleasure about you in admiration of your happiness. Happy, in fact, seems to me to be only the one who has avoided every vile action and in everything pursues the good. In doing this I did not expect any reward for my efforts, since it suffices for me to respect the truth in my words. God, however, wants no good deed to remain without reward and offers

LIBER DECIMUS TERTIUS

PhE·13.01

WITNESSES: **T** f. 160^r; **A** f. 91^v; **S** f. 183^r; **E** f. 257^r; **F** f. 233^r; **M** f. 132^v.

SYNOPSIS: 19 February 1456. Filelfo writes to Alfons de Borja y Cabanilles (now Pope Callixtus III) [©099^{1/1}], encouraging him to follow the example of his predecessor, Nicholas V, especially as a patron of the arts.

Franciscus Filelfus summo ecclesiae Romanae pontifici, Callisto Tertio, salutem plurimam dicit.

Etsi non nullos existimabam fore, beatissime pater Calliste Tertie, pontifex maxime, qui meam erga te observantiam audaciae nomine depravarent, malui tamen
5 honestatis et officii mei quam aliorum adversus me calumniae habere rationem. Nam qui pluris facit commodum quam virtutem, is mihi videtur totus ex fortuna pendere; quae, ut et instabilis est et fallax, ita omni virtuti maxime adversa atque inimica. Quare non quid imperiti sentiant, sed quid sentiendum sit, mihi fuit consyderandum. Itaque iis omissis omninoque reiectis, ita mihi agendum est cum tua
10 sanctitate, ut intelligant omnes nihil mihi fuisse potius quam favere laudi tuae; quam qui de se negligit, is, ut apostolo Paulo repugnat, ita se hominem esse obliviscitur. Quid enim est magis hominis quam omni studio atque diligentia sequi amplexarique virtutem? At laudem quid aliud esse dicimus quam orationem eam, qua virtutis magnitudo amplitudoque demonstratur? Itaque absurdum est, qui bonis actionibus
15 delectatur, eas pati in obscuro esse, quasi (quod invidorum est proprium) alios nolit sui imitatores. Ut igitur dignitatis gradu caeteris omnibus mortalibus praestas, ita operam te dare oportet ut amplitudine praestantiaque virtutis et sapientiae cunctis hominibus superior iudicaris. Nam ut graviter ac recte Cyrus ille superior dicere solitus perhibetur: neminem decet imperare qui subditis sit deterior. Et Bias ille
20 Prienensis, qui unus est inter septem sapientes numeratus, pulcherrime monebat imperium virum demonstrare.

Quod si morum similitudine benivolentia generatur natura, dissimilitudine vero odium, quis ambigat eundem esse et bonum et doctum virum, qui bonorum doctorumque virorum consuetudine utitur ac familiaritate? Quantam sibi gloriam comparavit Nicolaus Quintus, qui te modo antecessit in pontificatu, cum ad caeteras
25 virtutes suas vitaeque sanctimoniam tanta eruditione, tanta sapientia, tanta eloquentia polluit, ut omnibus beneficeret, omnes ad se accerseret quos ulla vel ingenii vel

PhE·13.01: 18 Xen. *Cyr.* 1.6.8, 2.5.83; Plut. *Mor.* 172E 20 Arist. *Eth. Nic.* 1130a1-2; Suid. *α* 4096, β 270

PhE·13.01: 3 pontifex maxime **T om.** **Ā F M** 7 atque inimica *om.* **F M** 15 quasi] quas **F** 20 Prienensis] Priensis **A** | sapientes **T om.** **Ā F M**

LIBER DECIMUS SEPTIMUS

PhE·17.01

WITNESSES: **T** f. 209^v; **A** f. 122a^r; **F** f. 284^v; **R** f. 59^v.

SYNOPSIS: 23 March 1461. Filelfo writes to Alberto Scotti [©006^{1/2}], expounding on the distinction between the terms *mens*, *intellectus*, *cogitatio* and *intelligentia*. He also discusses the difference between *entelechia* and *endelechia*, and other differences and analogies between Latin and Greek, such as the words *mos*, *labor*, *axioma*, as well as the use of *principia* meaning ‘archives’ and the expression *Iovem lapidem iurare*.

NOTES: In **A**, the text of Book 17 is exceptionally corrupt. Furthermore, while Book 16 ends on f. 122, the first folium of Book 17 is numbered 131, followed by 121, 115, 116, 117, 120, 121 and 132. Since from the first folium of Book 18 onwards the numbering is correct again, starting with f. 123, the eight folia containing Book 17 have here been given the alternative folia numbers 122a, b, c, d, e, f, g and h.

Franciscus Philelfus Albertho Scopto, Vici Laenii comiti, salutem plurimam dicit.

Saepenumero mirari soleo, Alberthe Scopte, nostrorum quorundam hominum vel negligentiam vel inscitiam, qui quod scitu est pulcherrimum, id scire aut negligent aut nolint, et id quidem non in verbis solum, sed etiam in rebus, cum utrunque mea
5 sententia sit turpissimum. Quis enim rem bene teneat, cuius nomen ignorat, cum
noverimus verba esse propter res ipsas inventa, et ita recta quadam ratione inventa,
ut a natura, quae rerum omnium alumna est ac parens, indita esse videantur, ut docet
Plato? Id autem cum multis in locis animadverti licet, tum in his libris Aristotelis,
quos a Graecis traductos nostrae philosophorum scholae habent in pretio. Omitto
10 ineptitudinem barbariamque sermonis, quem etiam talem ferendum censeo, modo
sententia non depravetur. Sed quid dicam de ipsa verborum interpretatione, qua
etiam res ipsae confunduntur ac mutantur? Et ne longius nostra protrahatur oratio,
duobus tribusve exemplis contenti simus.

Sola *mens* est ea animi pars, qua caeteris animantibus praestamus, vel idcirco ita
15 nominata, quod per eam omnia quaecumque sunt contemplan-do agendoque veluti
‘metiamur’, vel quod tanquam μήνη (*mene*, id est ‘luna’) nunc superiora aeternaque
speculetur intelligendo, nunc inferiora ratiocinando assequatur. *Intellectus* enim
atque idem intelligentia est ea vis mentis, qua circa incommutabilia et divina versa-
mur; *ratio* vero quod mutabile est corruptibileque consyderat. At ubicumque νοῦς
20 (*nus*) apud Graecos reperitur, hoc est ‘mens’, hi nostri philosophi *intellectum*, quam
Aristoteles ac Plato διάνοιαν (*dianoean*) appellat, interpretantur; ipsam vero

PhE·17.01: 1 Vici Laenii comiti] viro humanissimo et praestantissimo **A** 6 et ita ... inventa
om. **R** 8 tum] cum **A** 10 barbariamque **T F** barbariamque **A R** 13 tribusve] tribus ut **A**
15 nominata] nomina **R** 16 μήνη] mini μήνη **A om.** **R** 17 assequatur] assequetur **A**
19 νοῦς] *Graeca passim om.* **R** 21 appellat] appellant **A**

διάνοιαν (*dianoean*) *cogitationem* semper; σύνεσιν (*synesin*) vero, quae ‘calliditas’ est, *intelligentiae* nomine depravant, quasi quae virtus prudentiae est species et idcirco ad eam animi partem refertur, quae ratiocinativa consultivaque vocatur, 25 *intelligentia* sit dicenda, quae est habitus animi scientificus. Is enim callidus est, ut inquit Cicero, “cuius animus usu ut manus opera concalluit.” Nec norunt qui se solos haberi philosophos volunt, alio nihilo differre ab intellectu intelligentiam (ut latius disseruimus in *Commentationibus Florentinis*), nisi quod haec circa increatos spiritus, intellectus vero circa creatos versari a theologis docetur. Eodem etiam 30 modo ἔννοιαν (*ennoean*), quae ‘notio’ est, *intentionem* interpretantur.

Nam quid dicam περὶ ἐντελεχείας (*de entelechia*), quae est corporis ἐνέργεια (*energia*), hoc est ‘operatio’, vel proprie magis et aptius ‘agilitas’? Nonne apud nostros ubique ἐνδελέχεια (*endelechia*) scriptum reperitur? At nesciunt qui ita scribunt aliud esse *entelechian*, aliud *endelechian*. Si enim per *d* scribatur, ‘continu- 35 ationem’ ‘peremnitatem’que significat; id quod ab Aristotelis mente non mediocriter dissentit. Si vero scribatur per *t* (sicuti certe in omnibus Aristotelis libris scriptum apud Graecos reperitur), ‘perfectionem’ notat. Non enim est continua et peremnis motio, sed corporis vivi perfectio. Habet enim *entelechia* eiusmodi (hoc est ‘agilitas’) perficere corpus animatum ea vi, qua animatum est corpus, sive hanc 40 libeat *speciem* dicere sive *formam*.

Et ita alia permulta vel corrumpunt transferendo vel depravant, vitiantes ii quidem non verba solum, sed etiam sententias. Id autem eo magis mirari soleo, quod contendunt non nulli Latinam linguam latiore etiam esse quam Graecam. Quod quanquam ipse minime concedo (nam longe sumus verborum copia Graecis 45 inferiores), nihil tamen video gravissimis in rebus apud Graecos quod non apte dici Latine queat. Atqui ait Cicero multa esse apud Latinos, quae suis dici verbis Graece non possint, ut et *vultus* et *ineptus* atque *ineptitudo*, quasi ἀσχημοσύνη (*aschemosyne*) et ἀσχήμων (*aschemon*) non ‘ineptum’ ‘ineptitudinem’que significet; et item contra quod ‘apte’ quid aut dicitur aut fit, id Graece εὐσχημόνως (*euschemonos*) et 50 fieri et dici legimus. Nam quod nos *vultum* dicimus, hoc est, signum quod pro animi motu apparet in facie, id Graeci quamrectissime ἦθος (*aethos*) nominant. ἦθος (*aethos*) enim prima syllaba longa, et id quidem diphthongi, quoque vi quapiam non ‘morem’ duntaxat ‘indolem’que significat, verum etiam ‘vultum’, ut apud Hesiodum in *Georgicis* de Pandora:

PhE.17.01: 26 cf. Cic. *Nat. Deor.* 3.25 28 *Phil. Exi.* 1.53-54, 2.156-158

23 species *om.* A 26 ut] et A | concalluit] concaluit A | Nec] Haec A 27 solos] soleo A
volunt] nolunt A 29 creatos] creatas A | theologis] theologos F 30 interpretantur] interpretatur A
33 nesciunt] ne sciunt R 34 scribunt] agunt, scribunt A | endelechian] indechian A
scribatur] scribitur A 36 dissentit] dissensit R | in] est A 37 Graecos] graecocos F
45 nihil] nihihil F | video] audeo A 46 Latine ... dici *om.* T | apud Latinos] Latinis A
47 possint] possunt A 50 quod¹] apud A | dicimus] dicemus A 54 *Georgicis*] *Georgis* F

LIBER DECIMUS OCTAVUS

PhE·18.01

WITNESSES: **T** f. 223^r; **A** f. 123^r; **F** f. 299^v; **R** f. 105^r.

SYNOPSIS: 25 January 1462. Filelfo writes to Bessarion [©078|^{18/53}], congratulating him on his return to Italy and reminding him of Pope Pius' promises to remunerate his former teacher Filelfo.

Franciscus Philelfus Bessarioni, cardinali Nicaeno, salutem plurimam dicit.

Tuum in Italiam reditum ex legatione Germanica cum primum audivi, amplissime pater Bessario, tanta laetitia sum affectus, ut nihil ad summum possit accedere. Ferebam equidem molestissime cum privatae, tum publicae utilitatis gratia a
5 Romana Curia abesse te, cuius etiam ipsa praesentia splendidissimam dignitatis gloriam prae se fert. Tuae autem sapientiae fuerit ut omni cura diligentiaque invigiles ne posthac ullis vel blanditiis vel simulata pietatis imagine patiaris a Romana Curia te abduci. Quis enim tanta felicitate unquam fuit, ut vel praesens potuerit livoris aculeos vitare? Num igitur absens inventus sit ullus, qui in summa virtute
10 invidentiae vulnera possit effugere? Invidetur enim non obtuso ingenio, non ignaviae, non nequiciae, sed frugalitati, sed industriae, sed acrimoniae, sed summae perfectaeque virtuti. Itaque vel omne tibi sapientiae patrimonium deserendum, vel nusquam est a Romana Curia discedendum. Quod si te ipsum pro summa modestia negligis, non est bonum publicum idemque divinum tibi negligendum. Quid haec
15 sibi velit oratio, potes ipse tu vel reticescente me intelligere.

Ego (quod in me est) te aliquando in Italiam revertisse non possum non mihi aequae gaudere atque gratulari ecclesiae Romanae, quae tua praesentia redditur ornatissima. Nam quod ad me attinet, nosti quid olim summi pontificis Pii nomine ad me scripseris, simul atque Romanus est pontifex declaratus. Cum omnibus turpe
20 est honesta ultroneaque promissa non servare, tum ei, cui vices Christi sunt creditae, dedecorosum in primis. Tuum igitur fuerit providere ne satyrus qui alios ludere consuevit, ludo habitus videatur. Quod ut facias, vehementer te rogo atque oro, ne fraenum iure cogar mordere adversus Pium, ὡς ὁ διδάσκαλος ποτε κατὰ τοῦ μαθήτου.

25 Vale. Ex Mediolano, VIII Kalendas Februarias anno a natali Christiano MCCCCLXII.

LIBER DECIMUS NONUS

PhE·19.01

WITNESSES: **T** f. 233^v; **A** f. 130^r; **F** f. 8^v; **R** f. 137^v.

SYNOPSIS: 27 May 1463. Filelfo writes to Bianca Maria d'Este [©092]^{1/3}, commenting on her two letters and praising her as one of the most cultivated women ever to have lived. He advises her to study Greek as well.

Franciscus Philelfus Blancae Mariae Aestensi salutem plurimam dicit.

Legi duas epistolas tuas ad eruditum ac disertum virum, Matthian Trivianum, illustris pudicissimaeque virgo, Blanca Maria; quibus sum profecto mirum in modum delectatus. Erant enim et perpolitae et graves, et eae quidem tales, ut et florentis-
5 simo Aestensi genere te prolem et magnanimo atque excellentissimo duce Borsio dignam sororem liquido ostenderent. Laudo sane tuum nobilissimum ingenium. Admiror doctrinam. Magnifacio diligentiam. Non enim parvi ducendum est quod in tantis opibus tantaque fortuna ea, quae tu, admodum adolescentula, et faecunde excogitaris et acriter, ita apte scribas atque emendate, ut docti omnes animadvertant
10 id sine magna eruditione fieri nullo pacto posse. Et facis tu quidem ut te decet. Nam cum duo sint hominum genera, alterum doctum et urbanum, alterum indoctum et rusticum, hoc nobis cum bestiis est commune, illud vero totum est hominis, et eius quidem hominis, qui immortalis Dei imaginem et similitudinem prae se fert. Quod si tota vis mentis humanae intelligentia rationeque definitur, ea si oratione non patet
15 atque illustratur, qua se re alia possit ostendere, non invenio.

Quo fit ut tanto videaris magis laudanda, ut non modo genus muliebre in hac dicendi laude antecellas, sed inter viros etiam disertissimos rarissima sis habenda. Sunt qui Hortensiam, Quinti Hortensii oratoris filiam, in medium afferant, quae tanta vi tantoque ornatu matronarum causam apud triumviros egerit, ut cum magnus
20 honos eius oratione sexui muliebri accesserit, tum maior tributi pars, quo illarum ordo honeratus esset, matronis remitteretur. Sed eo maior est laus tua, quod tu non sermone aut Veneto aut patrio in gravissimis tuis et elegantissimis epistolis usa es, sed et litterato et ab omni vulgari ineptitudine alieno. Quod si pulcherrimum est in oratione etiam patria et populari praestare caeteris hominibus, quanto censeri debet
25 et pulchrius et praeclarius in litterata et erudita? Nam illa apud tuos aut apud Italos tantum habearis illustris, sed bonis litteris culta ac docta toti prope terrarum orbi admirationi futura sis.

PhE·19.01: 13 Gen. 1.26

PhE·19.01: 16 ut²] quo **T** 21 tu *om.* **A** 22 Veneto **T** Latino **A** **F** **R** 23 litterato **T** litterario **A** **F** **R** 25 litterata] litteratura **A** | apud¹] aut apud **A**

LIBER VIGESIMUS SEPTIMUS

PhE·27.01

WITNESSES: **T** f. 316^r; **A** f. 185^r; **F** f. 413^r; **B** f. 41^v; **N** f. 6^r.

SYNOPSIS: 28 December 1465. Filelfo writes to Nicodemo Tranchedini [©358^{46/77}], assessing the leadership of both Cosimo and his son Piero de' Medici.

Franciscus Philelfus Nicodemo Tranchedino salutem.

Dionysius ille Iunior, cum esset interrogatus quid fuisset in causa ut Dionysius pater sese ex privato civi tyrannum reddiderit, ipse vero, patre tyranno natus, ex tyrannide sit eiectus, traditur respondisse patrem occupasse tyrannida quo tempore
5 populi principatus omnium civium in se odium conflasset; se vero in tyrannida successisse cum ea cunctis iam Syracusanis molesta foret. Et cum rerum humanarum omnium ea natura sit, ut constantiam nullam diutius servent, sed fluctuent semper ac mutantur, tum in Florentinam rempublicam frequentissimae procellae ac turbulentissimae tempestates non singulis aetatibus solum, sed plauerun-
10 que etiam lustris atque annis singulis incidere consuerunt. Utinam tempora ista Cosmus Medices providere voluisset et iis, cum tempestive posset, pro acrimonia ingenii sui multarumque rerum usu sapienter prospicere! Quod si fecisset, et suae laudi melius et posteritati suae quietius atque salubrius consulisset. Nec enim te puto oblitum quae de futuris istiusmodi rebus mea iampridem fuisset opinio. Sed quae praeteriere,
15 facilius accusari quam emendari possunt.

Si Petrus Medices (id quod optimam in partem accipi volo) ita calliditate patrem aequasset, ut mansuetudine et aequitate superat, tutiore nunc fortuna uteretur, quamquam alia est definitio boni viri, alia boni civis. Non enim qui bonus sit civis, idem continuo vir bonus habendus est, praesertim hoc tempore et in republica Florentina.
20 Sed de his rebus alia est ratio. Hortare Petrum compatrem tempori se accommodet. Ubi irruentibus fluctibus adversari tuto eosque sustinere non possit, sequatur hos opportune, quo turbulentissimi ventorum flatus impellunt, ne, si secus facere voluerit, eorum vi magnitudineque obrutus, extremum naufragium patiat. Nihil est horribilius in republica iratae multitudinis impetu; quae ubi semel fraenum momorderit, nullis neque consiliis neque viribus continetur quo minus praeceps ac furens
25

PhE:27.01: 2 Plut. *Mor.* 176D

PhE:27.01: 4 quo tempore] cum **N** 5 civium *om.* **N** 6 Syracusanis] civibus **N** 8 frequentissimae] florentissime frequentissime **B** 10 atque annis *om.* **N** | consuerunt] consueverunt **F** Medices *om.* **N** 13 salutaris **T** salubrius **A F B N** 14 istiusmodi] huiusmodi **N** 16 id quod ... volo *om.* **N** 17 nunc *om.* **N** 18 est definitio boni viri] definitio est viri boni **N** | Non enim ... Florentina *om.* **N** 21 Ubi] ut posteaquam **N** | eosque sustinere *om.* **N** | possit] potest **N** 23 Nihil est ... feratur *om.* **N**

LIBER VIGESIMUS OCTAVUS

PhE·28.01

WITNESSES: T f. 325^r; A f. 190^v; F f. 427^v.

SYNOPSIS: 26 May 1467. Filelfo writes to Ludovico Gonzaga [©323|^{11/13}], consoling him on the demise of his daughter Dorotea.

Franciscus Philelfus Lodovico Gonzagae, Mantuae marchioni, salutem plurimam dicit.

Si cognita mihi iampridem admodum esset magnitudo animi tui singularisque sapientia, Lodovice Gonzaga, princeps excellentissime, potuissem fortassis existimare in eodem te errore versari, quo illi solent qui, rerum humanarum naturaeque imperiti, suorum obitum ita dolent, ac si exploratum haberent offerri quicquam in hominum vita aut incommutabile aut sempiternum, et non omnia potius praeter unius animi vim atque vigorem interitui esse obnoxia. Nam cum et animo constemus et corpore, mortali scilicet immortalique natura, quid cuiquam mirum videri oporteat si quod ex elementis concretum est, eo redeat unde manarit, animus vero, qui simplex est meraque natura, ad illum revertatur, ad cuius imaginem fuerit similitudinemque creatus? Itaque iure mihi ille et effoeminatus debet mollisque videri, qui in morte alterius omnia complet flactibus, qui se non hominem esse meminerit, qui audet quicquam optare quod sperare non liceat. Nam quanquam aliquid est concedendum vel fragilitati naturae vel consuetudini, neminem tamen decet ita se fracto animo humilique praestare, ut quicquam agat quod a ratione alienum virique dignitate iudicetur. Lamentatio enim et eiulatus mulierum est, moderatus vero questus ac sedatus brevisque gemitus in magno etiam viro repraehendi non solet omnino.

Scio te legisse iam saepe quanta cum animi moderatione et gravitate Solon, Anaxagoras, Xenophon aliique non nulli et magni viri et sapientes tulerint obitum filiorum, et quantam sibi laudem ex eiusmodi animi aequabilitate pepererint. At voluissent ii sane vivere suos filios ac sibi esse superstites, in quorum vita se quoque victuros arbitrarentur. Sed rursus cum nossent perpetuum nasci nihil, aequo animo ferebant naturae necessitatem.

Non potuisse te non commoveri obitu innocentissimae splendidissimaeque virginis Dorotheae, filiae tuae, facile mihi persuadeo. Nam mihi quoque lachrymas excudit, qui natura lachrymas nunquam fuderim. Non enim continere me quiui quin mecum animo volutans praeclaram illam ac prope divinam puellae indolem, ingenii vim atque splendorem, naturae ingenuum pudorem morumque modestiam et omnibus in rebus probitatem, tum commoverer penitus, tum in lachrymas solverer. Itaque si tu quoque pater commotus es in tot ac tantis animi bonis, nihil est quod demirer.

PhE:28.01: 4 naturaeque] naturae F 11 et om. F 13 quanquam] quicquam A 18 et gravitate om. F 20 At] et F 27 volutans] volutatus F

Quid enim meminero mirificam illam formae praestantiam, qua caeteras omnis virgines tempestatis nostrae sine invidia superabat? Respondebant sane divino quodam veluti artificio interioribus animi bonis exteriora corporis bona, ut non nata Dorothea, sed ficta atque expolita divinis quodammodo manibus dici posset adeo, ut
35 a ‘divino munere’ nomen ipsum accepisse videatur.

At ea certe res argumento esse nobis debuerat: noluisse Deum tam praeclaram et omni bonitate absolutam imaginem suam pollui humana ulla contagione. Quare tempestive revocavit illam ad sese, ne vel invita posset contaminari. Num igitur divinae adversem voluntati? Bene profecto mea sententia atque perbeate actum
40 est cum pudicissima tua filia Dorothea, quae libera molestiis cunctis aerumnisque huius vitae et omnibus intacta sordibus, pura ac syncaera ad humani generis rediit redemptorem; cuius nunc aspectu atque visu fruitur. Illius autem absentiae desyderium moderate nobis ferendum est, Lodovice, princeps sapientissime, ne nostra magis quam illius causa lugere eius obitum videamur. Quare cum satis naturae, satis
45 etiam consuetudini datum sit, reliquum est ut te moneam, adhorter ac rogem eo animo feras hanc istam omnem necessitatem, ut “nequid nimis.” Nam reliqua tu pro tua summa prudentia facile consyderes.

Vale. Ex Mediolano, VII Kalendas Iunias MCCCCLXVII.

PhE·28.02

WITNESSES: **T** f. 325^v; **A** f. 191^r; **F** f. 428^v; **As** f. 14^r; **Bn**.

SYNOPSIS: 13 June 1467. Filelfo writes to Federico da Montefeltro [©158^{1/21}], sending him a copy of his *Oratio parentalis*, honouring Francesco Sforza.

NOTES: The unnumbered loose folium containing this letter that was inserted into Filelfo’s dedication copy of his *Oratio parentalis* for Federico da Montefeltro, now in the Staatsbibliothek in Berlin, ms. Lat. qu. 563 (**Bn**), is an apograph of the original letter, copied by Fabrizio Elfiteo (©125) and with Filelfo’s autograph subscription, that is now in the Milanese Archivio di Stato, ms. Autografi 127 (**As**).

Franciscus Philelfus Frederico Feretrano, comiti Urbinati ac ducali imperatori, salutem plurimam dicit.

Fecit vel singularis illa tua benivolentia erga Franciscum Sphortiam, anno proximo vita functum, inclytum sane principem et a nemine ignorandum, vel obser-

PhE:28.01: 46 Diog. Laert. *Vitae* 1.41, 1.63; Ter. *Andr.* 61; Plut. *Mor.* 116C, 164B, 385D, 408E, 511B

31 omnis] omnes **F** 38 invita] in vita **F** 40 tua filia] filia tua **F** 41 ac] et **A** 43 ne] et **A** 48 Vale] Vale, excellentissime princeps, et me, ut facis, ama **A** | Iunias] Iunias a Christi natali die anno **A** PhE:28.02: 1 Franciscus...2 dicit] Illustri et excelso principi ac domino meo singulari, domino Federico comiti Urbinati ac ducali imperatori **As Bn** | Feretrano *om.* **A F** 3 Sphortiam] Sfortiam **Bn** 4 proximo **T** superiore **A F As Bn**

LIBER TRIGESIMUS TERTIUS

PhE·33.01

WITNESSES: **T** f. 388^r; **A** f. 228^v; **F** f. 533^v.

SYNOPSIS: 10 October 1470. Filelfo writes to Bartolomeo Sfondrati [©076^[1/1]] about the demise of his son Senofonte. He asks Sfondrati to attend to Senofonte's estate and to assure Senofonte's widow (Jakobina Turčinović) that both she and her children will be welcomed by Filelfo.

Franciscus Philelfus Bartholomaeo Sphondrado salutem.

Litterae tuae, Bartholomaeae Sphondrade, quas Kalendis Septembribus ex Rhaguisio ad me dederas, acerbissimum mihi nuncium attulere. Quid enim in vita mihi potuisset acerbius accidere immaturo obitu filii mihi dilectissimi Xenophontis? Qui
5 in medio aetatis cursu, secutus nominis sui omen, peregre (hoc est, in alieno solo) e medio est sublatus, ad proximum mensem Augustum, die lunae dicato, sexto Kalendas Septembres, cum et in Italia et Florentiae natus esset ad octavum Kalendas Apriles anno a natali Christiano tertio ac trigesimo supra quadringentesimum et millesimum.

10 Pudet me fateri molliciam animi mei, qui alios plerosque in huiusmodi naturae casibus saepe ad constantiam gravitatemque adhortatus, me a gemitu ac lachrymis continere nequiverim. Magna est profecto naturae vis; cui adversari qui potest, supra hominem est ducendus. Hinc est virtus illa heroica et divina, qua necessitatem
15 superiores. Quare quin aliquid naturae imbecillitati concederem, adversari non potui. Nec tam vaehementer doleo quod qui ex omnibus meis liberis erat mihi iucundissimus diem obierit, quam quod obierit a me longius. Nam tametsi eum mortalem genueram, putabam tamen ita illum a me genitum, ut mecum etiam esset victurus.

20 Quod si per improborum consilium licuisset, nunquam tanto terrarum atque maris tractu et a patre et ab Italia separatus excessisset e vivis; id quod etiam illum quotidie, cum de incurabili valetudine certior factus esset a medicis, assiduo sermone audio deplorassem, cum diceret: "Ita iis evenit, qui patri non parent." Hoc identidem ipse queror in filio, quod deceptus improborum suasionibus ab indulgentissimo patre se ad Dalmatas abripi passus fuerit; quorum usus et consuetudine et
25 victu etiam fortassis se repentinae (ut ita dixerim) morti devoverit, cum et bonitate formae et ingenii acrimonia et doctrina et eloquentia aetatis suae cederet nemini. Quid enim eius innocentiam, quid lenitatem, quid mansuetudinem atque modestiam, quid morum vel facilitatem vel elegantiam meminero? Verum quid haec meo in

PhE·33.01: 17 quam quod obierit *om.* **F** | eum *om.* **F** 18 a *scripsi* ab **T A F** 23 filio] consilio **F** 24 fuerit] fuerat **F**^{ac}

PhE·33.25

WITNESSES: **T** f. 396^r; **A** f. 233^v; **F** f. 548^r-551^r (*partim*); **B** f. 42^v; **Vi** f. 1^r-18^v; **Tr** f. 13^r-18^r; **Bo** f. 330^r-337^v.

SYNOPSIS: 6 September 1471. Filelfo writes to Ercole d'Este [©204^{1/3}], offering his condolences on the death of his brother Borso d'Este, a most generous patron of all learned men. Borso appointed Ercole as his worthy successor. Now he only needs to add more urbane qualities to his outstanding military skills. By following his brother's example, he will show himself truly Herculean.

NOTES: This is the last letter transmitted by **F**. It is also in the manuscripts at Vicenza (**Vi**) and Trento (**Tr**), for which see the notes to PhE·33.23, and in the Biblioteca Universitaria in Bologna, ms. 2948, vol. 36, which displays the same early editorial stage as **B** and **Vi**; it is therefore excluded from the apparatus. A draft of Ercole d'Este's reply to Filelfo, dated 15 October 1471, can be read in Modena at the Archivio di Stato, Letterati, busta 19; it echoes Filelfo's opening sentence, inc. "Perdifficilem tibi oblatam esse provinciam scribis".

Franciscus Philelfus salutem plurimam dicit Herculi, Ferrariae, Mutinae Regiique duci, marchioni Aestensi ac Rhodigii comiti.

Perdifficilem mihi sane provinciam oblatam sentio, praestantissime dux Hercules, cui gratulandum aequae atque dolendum sit hoc tempore. Quid enim non doleam
 5 et tua et mea causa, cum mecum ipse consydero talem tantumque principem, Borsium, indulgentissimum in te fratrem, mihi autem certissimum vitae subsidium atque ornamentum, e medio esse sublatum, quo sol in univsum terrarum orbem despectaret aut pulchrius aut splendidius aut perfectius nihil? O inanis spes hominum fallacisque nostros cogitatus, qui tum maxime labimur ac ruimus, cum firmiore
 10 gradu nobis constare arbitramur! Putabam equidem, Borsi, ut eras animo magno et excelso, ut vigebas ingenii acrimonia singulari, ut pollebas omni virtutum genere, tuam nobis vitam non diuturnam modo, sed etiam sempiternam fore. Itaque de te dies noctesque cogitans, incredibilem animo laeticiam capiebam, cum perspicue nossem te unicum esse certissimumque perfugium eorum omnium, qui ulla vel
 15 probitatis vel doctrinae luce essent illustres. Quis enim istac iter unquam fecit, qui abs te ultro atque perbenigne minus donaretur? Quem audires unquam non modo in Italia, sed ubique etiam gentium praeclara ulla praestantia praeditum, cui te muniticentissimum non praestares?

Sed quid de aliis loquar, cum de me ipso ingenue liceat veroque fateri nullum
 20 fere annum praeterisse vacuum pulcherrimis atque amplissimis tuis ad me muneribus? Et mirabantur non nulli, qui mea familiaritate minus uterentur, unde mihi inter maximas rei familiaris difficultates tot purpurea pretiosaque vestimenta, et ea

PhE·33.25: 1 Franciscus...2 comiti] Francisci Philelfi Oratio ad Illustrissimum Ducem Ferrariae **Vi** 4 gratulandum] congratulandum **F** | atque] et **F** 6 vitae] vitae meae **F** 8 despectaret] despectat **Vi** | inanis] inanes **Vi** 9 fallacisque] fallacesque **Vi** 10 equidem] quidem **Vi** 11 ingenii] ingenio **F** | omni] omnium **Vi** 14 ulla] nulla **A** 16 perbenigne] benigne **F B** | audires] audieris **Vi** 19 veroque] ultroque **A** 20 praeterisse] praetermisisse **Vi**

LIBER TRIGESIMUS NONUS

PhE·39.01

WITNESSES: **T** f. 459^v; **Be** f. 5^r-40^r.

SYNOPSIS: 5 April 1474. Filelfo writes to Charles the Bold of Burgundy [©292^{1/2}], urging him to take up the case of Christianity against the horrible Turks. This is the right moment, since the Turks have been severely weakened, and the undertaking is both profitable and necessary.

NOTES: The splendidly decorated dedication letter for Charles the Bold is now in Berlin, Staatsbibliothek, ms. Lat. qu. 276 (**Be**); it has various autograph marginal notes.

Franciscus Philelfus salutem dicit plurimam Karolo, Burgundiae duci.

- Quo ingentiore te ferunt sublimioreque esse animo, invictissime dux Karole, eo maiore commoveor desyderio et adeundi et visendi tui. Idemque mihi de te quodammodo in praesentia usu venit, quod de Socrate traditur, qui rogatus felicemne putaret
- 5 Persarum regem, nescire se respondit, quoniam neque illum vidisset unquam nec allocutus foret. Nam quanquam celebris atque perillustris tui nominis fama, quae longe ac late de te tuisque rebus clarissime gestis per universum orbem diffusa est, satis mihi dilucide debet ostendere eum te esse, qui praedicaris ab omnibus, oculi tamen ipsi mutique affatus, quibus sensa animi nunciantur, reddunt omnia certiora.
- 10 Sed quoniam non ea, quae volumus, omnia nobis in manu sunt, litterarum utar internuncio pro ipsius linguae officio teque ad id maxime adhortabor, quod tibi ducendum est praecipue peculiare ac plane tuum. Quid enim inelyto principi et optime a natura instituto magis optandum, magis curandum est quam per laudatissimas actiones nomen suum immortalitati commendare seque talem praestare, ut
- 15 aequae sit omnibus carus atque admirandus? Gessisti tu sane in hanc diem res et maximas et quamplurimas tua summa cum gloria, caeterum Christianus adversus Christianos; id quod sine aliqua animi tui offensione facere non potuisses minime inficeris, si ab ipsa humanitate, si a decore, si a te ipso dissentire nolueris. Non enim quidquid apud homines licet, continuo iustum est apud illum, qui iubet: “Mihi

PhE·39.01: 2 *Exordium*

PhE·39.01: 4 Plato *Gorg.* 470D-E 19 Rom. 12.19; Deut. 32.35; Hebr. 10.30

PhE·39.01: 1 Franciscus Philelfus salutem dicit plurimam Karolo, Burgundiae duci **T** Ad invictissimum et illustrissimum Principem Karolum, Dei gratia ducem Burgundiae, Brabantiae (Barbantiae **Be**), Lotharigiae, Limburgiae, Luemburgiae et Geldriae; comitem Flandriae; Archesii, Burgundiae Palatinum, Hannoniae, Holandiae, Zelandiae, Namurci et Zuytpheni, Sacrique imperii marchionem, ac dominum Phrysiae, Salmarum et Meolinae / Francisci Philelfi equitis aurati oratoris laureatique poetae exhortatio ad bellum suscipiendum in Turcos **Be**

PhE·42.29

WITNESSES: **T** f. 499^v; **Rv** f. 158^r-170^f; **Ma** f. 349^r-362^f; **At** f. 40^r-46^v.

MODERN EDITIONS: Rosmini II, 463–478.

SYNOPSIS: 1 October 1475. Filelfo writes to Mattia Triviano [©354]^{5/6}, advising him on the education of Gian Galeazzo Maria Sforza. Triviano should pay attention to both the prince's character and moral education and to his physical health and diet.

NOTES: For the witness in the Biblioteca Nazionale in Rome, ms. Varia 10 (619) (**Rv**), see the notes to PhE·09.06. The witness in the Biblioteca Ambrosiana, ms. T 20 sup. (**At**) reflects a primitive editorial stage as well, and so does the Venice ms. Marc Lat. XIV 266 (4502) (**Ma**), where PhE·42.29 is preceded (f. 348^{r-v}) by an autograph letter to Paolo Morosini (©383), to whom Filelfo forwarded PhE·42.29 on 27 October 1475, but which he did not include in the PhE collection.

Franciscus Philelfus Paulo Maurocoeno salutem dicit plurimam.

Quae iecimus modo Romae fundamenta benivolentiae, nostri muneris esse arbitror, ea ita quotidie his muniamus incrementis, ut ad amicitiae summum perveniat. Quod certe alia re nulla neque facilius neque commodius fieri posse arbitror quam si monumentis et commentationibus mutuis ingenii nostra inter nos inventa cogitataque communicare instituerimus.

Qua ego ductus sententia dedi ad te eam epistolam quam de instituendo litteris et moribus inclyto huius nostri principis filio, Iohanne Galeacio, scripsimus. Idque non ideo est a me factitatum, ut aliqui ex ea praeceptionem acciperes, qui vir doctissimus sapientissimusque sis, sed ut quae ipse de fato eruditissime scripseras, ad me des. Quod ut facias, abs te non solum peto, sed etiam contendo. Non enim passurus sis a me ullo benignitatis munere superari, ut es vir maximus et clarissimus. Ego ad Nonas Novembres hinc solvam Romam cum universa familia repetiturus.

Tu interim vale. Ex Mediolano, VI Kalendas Novembres MCCCCLXXV.

Franciscus Philelfus Matthiae Triviano salutem.

- Non difficulter adducor, Matthia Triviane, ut tuae obsequar voluntati, praesertim cum rem petas et tibi honestam et mihi admodum debitam. Cupis enim ex me audire quae potissimum tibi observanda censeam circa institutionem infantis inclyti Iohannis Galeacii Mariae, in quem ipsum ut primogenitum praestantissimi nostri principis Galeacii Mariae tale tantumque imperium est aliquando tandem perventurum. Sed quoniam non sum nescius pleraque tibi fere omnia in tanto tuae vitae curriculo non solum cognita esse, verum etiam exercitata, paucis ea veluti percurram, quae ad huiusmodi munus maxime pertinere sum arbitratus.
- 10 Omnium primum debes tecum mente versare quantum honus subieris quando nobilissimum regulum erudiendum acceperis. Id tibi ita ferendum est, ut principis, quam de te habet egregiam, ita opinioni respondeas, ut iure lauderis. Non enim satis est litteras infanti tradere, sed in eo est apprime laborandum, ut eum moribus ornes quamprobatissimis; quod tum potissimum assequeris, si te illi praestiteris perspi-

PhE·42.29: 5 Mariae **T** *om.* **Ma At** 10 quando] quod **At** 12 te *om.* **At**^{ac} indolem quam de se *add.* **At**^{pc}